





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-661938-p0002-1

DFG





18. Charistius.  
1793. 1<sup>a</sup> Bochmer

Dresden, Fridericus Gulhelmus: Nova commentatio in locum  
Ies. 52. 13 - 53. 12.

Kirisch, Henricus Christopherus: Pro testamentis

Knezel, Gottlieb Christianus: Ord. iuridicis . . . Decanus:

I. b. s. (et representationem in ang. Iamni adorantes)

Henrici Hermanni iurist.) System: De futore utrius  
in prædicto proposito emortuas verdente.

Knezel, Gottlieb Christianus: Ord. iuridicis . . . Decanus:

I. b. s. (et representationem in ang. Henrici Christiani Kistneri  
iurist.) Tract: de ordine litio in causas emortuorum conflictu-  
rum publicarum in Saxonia Thuringia et annalibus uno-  
nymorum tractatio I.

Knezel, Gottlieb Christianus: Ord. iuridicis . . . Decanus:

I. b. s. (et representationem in ang. Christiani Erdmanni  
Junges iurist.)

Kuhlschütter, Peter Christianus: De fine societatis conflictu-

6<sup>o</sup> Muenberger

7. Schluesselwerter, Petrus Augustus: De vero sponsaliorum  
practicorum ex legibus principiis Iuris in Rechts-  
laboris et de lege 14
8. Stuckel, Christopherus Cordus: Utrum delictorum praece-  
prescriptiones in foro recte tollantur, necne? 15.
9. Stuckel, Christopherus Cordus: Utrum et quatenus fori nostri  
causas in puniencis antidictis temporariorun delictis,  
et qual apud nos committuntur, cum principiis juri  
Criminalis universali concuerint, Enccne? 1.
10. Stuckelius, Christopherus Cordus: Academus actiones, quae  
multo delicta carnis dicuntur, e principiis juri publici  
universali sunt coacervatae? 17.
11. Stuckel, Christopherus Cordus: De foro delicti in confines  
et in latrone committi. 1.
- 12<sup>a</sup> <sup>12b</sup> H. Hoffm., Grillius: Usd. jas. . . Decimus: lectio  
generale saltem (ad dogmatismum inq. Contra  
Augusti Schluesselwerts iuris) 3.

13. Wiesandus, Georgius Stephanus : (Art. 1. 6817 d) Recensio-  
nembris et leg. 6817 d.

14. Wilisch, Christianus Prosericus : Pro officio principis con-  
juncti Germanie probabilitas in territorio suo, ut Inde-  
cis religiosis Evangelicalis publicis fere symbolis  
ad eam quod faciat.

15. Jäger, Christian Edmundus : Dissertatio iuridica, in qua  
causas, quibus homines proprie contra dominos, alios  
in Electoratu Sachiae perpetuum dominium constitui-  
los, tam agendos tam excipiendos, et libetatem procreare  
pro voluntate

1794. im folgenden Bande

1. Antonius, Prostes Gottlob : Verisimilitudo librum Ioseph  
interpretandi ratione

2. Bötz, Gehr Alexander : T. iuribus singularibus, atque  
immunitatis et rem remediam in Saxonie concessio-

3. Boehmer

3. Bachus, Georgius Rudolphus : T. panis multifaria  
materia

4<sup>o</sup> Rosenhahn 4<sup>o</sup> Randolph

4<sup>o</sup> Klaezel, Ernestus Grap. Chorkamer : Collegii jussione 8.  
Decimus : 1. b. s. (ad) populacionem inang. Tortoni : 9.  
Alexander Biechtzii invit. Test : Reformatione 10.

4<sup>o</sup>, 5<sup>o</sup>, 6<sup>o</sup>, 7<sup>o</sup>, 8<sup>o</sup>, 9<sup>o</sup>, 10<sup>o</sup> Muenberger 4<sup>o</sup> Muenberger-Engel  
5. Schmidt, Carolus Ferdinandus : Ord. phil... Decimus : Cen 11.  
ferire utriusque laus et salutem... philosophiae  
... : causulis in dictis praemissa postulatio si M.  
Tortoio Perrone. leg. XII. tab. interpretata.

6. Thalerger, Iacobus Augustus Hieronymus : Dissertatio, qua  
Immovablem jure loci patris heros sororumque  
habet: bona & matre per ultimam voluntatem, sub  
lege, in alienatur, sed ut in familia conservetur,  
restituta, extra familiam... alienare non licere  
... dependet.

7<sup>o</sup> Tiller, Carolus Fredericus : De postea relictis testimoniis  
7<sup>o</sup> Tiller - Rausendorff

8. Wiesandus, Georgius Stephanus : Capita iuri controversa.
9. Wiesandus, Georgius Stephanus : Theses juris variae
10. Wiesandus, Georgius Stephanus : De initio prescriptio[n]is  
in criminis bigamiae
11. Wilisch, Christianus Fritschus : De lito super res cunctis  
lucis bello Georgiano acquisitiis contra Norimbergenses  
et principale electore Palatino - Basiliis imperio recensum









19

1793 4 75

ORDINIS IVRIDICI

IN

ACADEMIA WITTENBERGENSI

H. T.

DECANVS

D. GOTTLLOBVS CHRISTIANVS  
KLVGEL

FAC. IVR. WITTENB. ASSESSOR, ET IN SENATV CIVITATIS

WITTENB. SYNDICVS

L. B. S.

---

ineft

de ordine litis in causa amissarum cautionum publicarum  
in Saxonia datarum earumque anonymarum

traſatio I.

ORDINIS IARBLICII  
ACADEMIA MULATTENSIS REGIENSIS  
D. GOTTLORAS CHRISTIANVS  
KLÄGER

LAG. IAR. MULATTENS. ASSERZATIONE ET IN SENATA CIVITATIS  
MULATTENS. RUMINICAR.

L. II. 3

1711

de auctore libro de eis in eisdem quibusdam causis omnibus quibusdam  
in Saxoniam annis regni etiam in eisdem quibusdam causis omnibus

I. 1711

scribantur nomine et signum eiusdem et libri  
amissionis, quilibet etiamque etiamque etiamque  
libri non regis salvo. Primus et unius idem minus est in  
libri. Et si libri quoque ministrum est libri in libri  
libri. Et si libri quoque ministrum est libri in libri

**R**ecete Cuiacius in *paratitlis ad Dig. ad Lib. XXII.*  
*tit. IIII. in fine scribit, quod additur, scilicet in*  
*tituli inscriptione, et amissione eorum, abest ab in-*  
*dice titulorum, hic certe superest.* Cum enim rubrum ti-  
tuli ita sit conscriptum, *de fide instrumentorum et amissio-*  
*ne eorum?* frustra tamen quicquam in nigro de instrumento-  
rum amissione quaeres. Forsitan, quibus compilandi pande-  
ctas negotium datum erat, Icti omnino aliquid ex scriptis  
veterum collegerant, quod ad eam pertinebat causam, et  
hanc ob rationem, cum inscriptiones titulorum conficerent,  
ea verba, et amissione eorum, addiderunt: in quo et hauc  
habere poterant rationem, ut in ea re Pandectas, ex praece-  
pto Iustiniani in *Conf. Deo auctore §. 5.* conformarent ad Co-  
dicem, in quo similis *Lib. IV. tit. XXI.* inuenitur inscrip-  
tio: deinde, cum retractarent collecta, neque enim, hoc  
eos fecisse, a vero abhorret, de hac materia excerpta dele-  
verunt, vel quia continerent rescripta iam in codicem relata,  
(*Conf. Iustin. laud. §. 6.*) vel quia omne, quod ex veterum  
Ictorum locis, quod ad hanc rem, consumatum erat, inutile  
iudicarent, quod omitti Imperator iusserat, sed festinantius  
agentes, ut ex ipsis Iustiniani narratione in *L. 2. §. 12.* et  
*L. 3. §. 12. C. de V. I. E.* Doctores belle tradunt, Brun-  
quell in *hist. iur. P. II. c. III. §. 15.* et auct. ibi *nomina-*  
*ti,* editor Argentoraten sis Heineccii *hist. iur.* (Silberrad)  
*L. I. c. VI. §. 390. not. a.* verba inscriptionis superflua omi-  
serunt expungere. Absunt etiam haec verba, ut Cuiacius  
adit,

oup

a 2

addit, ab indice titulorum. Intelligit, vt existimo, indicem  
 pandectaris Florentinis, prout eas edidit Taurellius, praefixum.  
 In eo enim, vbi tituli enarrantur ex ordine digestorum libri  
 vicesimi secundi, singularium tertii, positum est: & de fide  
 instrumentorum. Qui index, si ab ipsis pandectarum com-  
 pilatoribus compositus est, de quo tantisper potest dubitari,  
 id correxisse eos hoc saltim loco rubricae vitium, docet. At  
 ipse Iustinianus in *confit. tanta sive l. 2. §. 5. C. de V. I. E.*  
 in quo enumerat libri pandectarum XXII. titulos, de instru-  
 mentorum amissione nihil posuit. Sed animaduertendum est,  
 in ea constitutione, quod patet ex ipsa eiusdem compage,  
 noluisse Iustinianum accuratam dare titulorum descriptionem,  
 vt ne quidem ibi, de fide instrumentorum, legamus, verum  
 tantum haec, de instrumentis. Quicquid autem illius sit, ea  
 certe, quae de instrumentorum amissione ex iure Romano  
 disci possunt, repetenda sunt ex Codice, quamuis ne haec  
 quidem, quae de ea re in Codice leguntur, magnam huic  
 causae lucem affundant. Haec, quae in *l. 1. 4. 5. 6. 7. 8.*  
*et 13. C. de fide instrum.* habentur, omnia ad id collimant,  
 amissio instrumento ipsum creditum plane non perire, dum  
 modo id probari aliis mediis possit. Iam, cum instrumenta  
 et publica et priuata sint, de vtroque genere id intelligi de-  
 bere, eo certius est, quod inter istas leges quarta et septima  
 ipsae de publicis agant. Publicorum autem instrumentorum  
 varia sunt. Nunc de uno tantum genere, cautione publica  
 data ob debitum reipublicae agere, propositum est. Ac ne  
 id quidem in vniuersum tractatus sum, sed de solis in Sa-  
 xonia Electorali a statibus prouincialibus datis huiusmodi  
 cautionibus sive chirographis agam, quamuis, quae propo-  
 nenda sunt, facile ad alias huius generis scripturas possint ap-  
 plicari. Constat inter omnes, iam inde ab illo tempore,  
 quo

libbs

quo aerarium publicum Saxonie nostrae, quod Steuer-Casse  
 nominamus, ordinatum suit, maxime autem circa medium  
 huius seculi tempus multos pecunias suas in vim mutui in  
 id aerarium contulisse, pro quibus cautiones steurales, Steu-  
 erscheine appellari solent, acceperunt. Harum cautionum duas  
 sunt classes. Altera earum, quae nomina creditorum p[re]se-  
 ferunt: altera, liceat hoc verbo vti, anonymarum, in quibus  
 quicunque possessor pro creditore accipitur, auf den Innhaber  
 gestellt. Finito bello, quod septennale solet appellari, rebus  
 steuralibus et in primis causa debitorum steuralium aliter, ac  
 fuerant olim, ordinatis, nouum genus cautionum steuralium  
 ortum est, non, vt noua contrahantur debita, sed vt, quae  
 iam erant, sensim deleantur, cum, vt omnibus creditoribus  
 simul satisficeret, ipsorum non admitteret copia. Certa igi-  
 tur quantitate annua pecuniae delendis debit[is] (Fond d'amor-  
 tissement) concedente Principe Potentissimo, pacto antea de  
 ea re cum Borussiae Rege Potentiss. per artic. II. separatum Pa-  
 cis Hubertiburgensis, a statibus prouincialibus destinata, placuit,  
 vt per fortunam ordo solutionis in his creditoribus, qui eam  
 optarent, constituatur. Quamobrem vt partim commodius  
 id expediri possit, partim, ne quisquam cogi videatur ad ac-  
 cipiendam citius, quam quidem voluerit, crediti solutionem,  
 haec via electa est, vt primo aerarium fieret ad delenda debita,  
 (Steuer-Credit-Casse) separatum plane ab altero antiqui-  
 tus constituto, (Ober-Steuer-Casse) in quod pecunia debit[is]  
 exsoluendis destinata ex certis redditibus a receptoribus in ter-  
 rae Saxonicae partibus redditibus steuralibus p[re]apostis, (Creyß-  
 Steuer-Einnahmen) vel, cum opus esset, si isti redditus non ex-  
 plerent summam anquam, quae deleat debita, constitutam,  
 ex aliis in ipsum aerarium totius prouinciae (Steuer-Haupt-  
 Cassa) illatis redditibus, id, quod desiceret, inferendum sit, de-

6

inde huic negotio collègium ex statibus prouincialibus et ab  
ipsis pro numero circulorum, quorum septem sunt, ex vtro-  
que ordine, equestri et ciuitatum, vt quatuordecim itaque  
sint electum praeficeretur, et huic potestas daretur, cautiones  
veteres fleurales permutandi cum nouis aliis plane formae  
cautionibus, ita, vt nouando pristina statuum prouincialium  
obligatio plane tolleretur. Exinde alia publicarum Saxo-  
niae cautionum orta est diuisio, nimirum non permutato-  
rum, alte unausgewechselte Steuer-Scheine, et permutato-  
rum, quibus nomen datum est: landschaftliche Obligationen.  
Hae permutatae omnes anonymae fuerunt, et, quatenus ad-  
huc extant, nunc etiam sunt. Confectae autem fuerunt  
sex classes, prima earum, quibus littera A. inscripta et per  
quas 1000 Thal. solutio promittitur, secunda earum, qui-  
bus littera B. inscripta, et quibus 500 Thal. tertia earum,  
quibus sub litt. C. 200 Thal. quarta earum, quibus sub litt.  
D. 100 Thal. promittitur solutio, quinta et sexta, inscriptis  
itteris E. et F. earum, quibus minus, quam 100 Thal. pro-  
mittebatur, ita tamen, vt, in quarum fronte littera E. po-  
sita erat, nullas ferrent possessori vsuras, e contrario iis con-  
cederetur praerogativa solutionis p̄ae iis, quorum signum  
littera F. erat. Hae sub litt. E. et F. nomen landschaftliche  
Obligationen non accéperunt; sed hoc landschaftliche zins- und  
unzinsbare Versicherungs-Scheine praeditae, et separati,  
proprioque ordine debita in iis comprehensa solutae fuerunt.  
Chirographa A. B. C. et D. signata feneratitia quidem sunt;  
hoc tamen modo, vt creditores epochas dent nullas, sed  
pro qualibet semestri solutione cautio detur, qua reddita vsuræ  
soluantur. Cumque ad tantum tempus, quantum necesse est  
ad omne debitum aerarii extinguendum, dare eiusmodi cau-  
tiones usurarum causa, et niniis molestum, et inutile quoque  
fuisset

fuisse, siquidem ipsa debitorum quoad sortem quantitas quotannis minuatur, cautionibus his minoribus usurarum causa datis superaddita alia promissio est, omnibus ipsis solutis nouas, sorte interea nondum soluta, datum iri, idque sit, cum senae cuiilibet cautions pro usuris dentur, tertio quoque anno. Haec igitur ita coniuncta sunt, vt in eodem chartae folio in parte superiori promissio de nouis cautionibus usurarum causa dandis posita sit, quae nominatur Ueberschrift, vel voce gallica talon, aliquando Saaleiste vel tantum Leiste, limbum dixeris; subter eas suo ordine sequantur sex cautions de usuris suo quibuslibet tempore soluendis, ea quidem, cuius dies proxime venit, in ima parte chartae posita, caeteris, quanto tardius soluuntur, tanto limbo proximioribus, quae, cum ita sibi iunctae sint, vt singulae sine reliquarum detimento, usque dum sola remaneat, quam limbum nominaui, exemplo publicorum chirographorum, quae apud alias gentes in usu sunt, abscondi possint, gallica voce coupons, quasi dicas abscondenda, item Zins-Scheine nominatae sunt. Omnes istea cautions, de sorte, landsch. Obligat, de usuris trium annorum, Coupons, et de usuris insequentium annorum Ueberschriften typis expressae et a duobus XIV viris eoque, qui curat rationes, subscriptae sunt, sigillo Collegii XIV viralis in ipsam chartam, diuersis tamen modis, impresso, et cuiilibet addito numero, quem in sua classe obtinet. Hi numeri, inuicem se eo usque sequentes, dum debitorum, quae cuiuslibet erant classis, quantitatem explorarent, deinceps schedulis singulis inscripti sunt, et schedulæ ad quamlibet classem pertinentes in aliquod vas, aptum ad circumrotandum, (Machine appellant) immisæ ob signatae fuerunt, vt singulis nundinis Lipsiensibus, quae celebrantur post festa Paschatos et Michaelis, publice, assidentibus XIV viris, in conspectu omnium, quibus adesse voluope

❧ ❧ ❧

volupe est; machinas rotando emittratu per foramina ad hunc actum resignata pro viribus aerarii certus numerus harum schedularum ex quavis classe, nullo ordine obseruato, quam quem fortuna in circumvolutando definit. His itaque creditoribus debita solvuntur, qui permutata chirographa possident, iisdem numeris, qui in elapsis sunt e vasē schedulis scripti, insignita. De ipsa solutione autem verba facere, hac quidem occasione superfluum esset, id vnicum tantum addo, eos creditores, quibus permutatio eo tempore displicuit, (nemo enim ad eam fuit coactus, si excipias certo modo tutores, curatores miorennum, administratores rerum ad vniuersitates pertinentium, et iudices, apud quos in creditorum concursibus cœtiones non permutatae erant depositae, secundum *Mand. Elect. d. d. 12. Nov. et 21. Dec. 1763.*) solutionem prius petere non posse, quam omnibus nouatis debitibus extinctis. Haec omnia, quae mihi ad sequentia viam praeparare debebant, et quae ex duobus publicis scriptis, uno summi stederalis collegii, Ober-Steuer-Credit-Casse betreffend, Leipziger Oster-Markt 1763. altero statum prouincialium Saxoniae, Declaration sammittlicher Stände des Churfürstenth. Sachsen, die unter Hochst. Approbation errichtete Steuer-Credit-Casse betreffend d. d. 10. Oct. 1763. disci possunt latius, omissem, nisi, in ipsa Saxonia, nedum extra eam, esse multos, qui, quae sit huius rei conditio, ignorant, animaduertissem.

Iam vero horum chirographorum vel cautionum multa deperdita vel a veris dominis amissa sunt, nonnulla igne consumpta, alia surto ablata, alia per negligentiam amissa, quia quadam etiam temporis iniuria vel fato corrupta. Quid igitur faciendum suisset domino, ne suo crediti iure caderet. De hac re nonnulla exponere liceat. At enim vero in hac equo causa

causa tractanda distinctionibus quibusdam opus est. Nam quae chirographa antiqua nomen domini indicant, si adhuc existunt, de his iudicari potest facilius, quam de altero genere, propterea, quia nouus possessio sine cessione vel alia, quam dicimus, ad causam legitimatione pro creditore non agnoscitur. Hanc ob causam et Collegium steerale summum et XIV virorum iusta sunt, illud, sollicite in legitimationem inquirere, perfectamque publice testari, hoc, sine tali testimonio permutationem denegare. *Declaration der Stände d. a. 1763. S. 8.* Deinde erant non permutata chirographa, de quibus eo tempore, quo id negotium, quod descripsi, in ordinem redigebatur, ex libris publicis aerarii satis quidem constabat, ea olim extitisse, nec, quicquam eorum causa solutum esse, probari poterat, quorum possessores tamen per longum tempus nomina sua non erant professi, adeoque nec usurpas poposcerant, neque etiam ipso illo tempore, quo fiebat permutatione, instrumenta, quae possidebant forte, produxerant. Tandem, cum non anonymorum solum chirographorum vtriusque generis, sed et earum cautionum, quae, ut antea proposui, Coupons et Ueberschriften nominantur, usurparum promissionum earumque limborum, alia atque alia sit ratio, praeterea diuersa plane pro diuersis, quibus amissae erant cautiones, modis obseruanda fuerint, varia de ea re constitui, necessitas ipsa postulauit. Ac primo quidem, quod ad eas cautiones attinet antiquas, de quibus, vtrum adhuc existant, ignorabatur, quandoquidem nemo per longum tempus usurpas postulasset, aliter res expediri non posse videbatur, quam ut omnes, quorum intererat, per edictum citarentur. De quo cum ad Serenissimum Principem referrent Quatuordecimviri, Eius iusu mense Octobri anni MDCCCLXIV. tale edictum praefectus Dresdensis, ad eam rem delegatus, soleanni modo d. XXI. Nov. d. a. proposuit, et citauit, atta-  
b men,



men, ex pracepto Summi Principis, dilatorie tantum, omnes  
 possessores earum antiquarum cautionum, quarum causa ne-  
 mo apparuerat, nemo permutationem postulauerat, quas-  
 que nemo percipiendarum usurparum causa ediderat, vt in-  
 tra III. annos, quarum initium essent Calendae Ianuar. anni  
 MDCCLXV. in praefectura Dresdensi compareant, et chiro-  
 grapha publica, quae possiderent, producant. Id a statibus  
 provincialibus etiam, qui tum conuenerant iussu Serenissimi  
 Principis vocati, publice significatum est scripto typis ex-  
 presso *Avertissement sämmtlicher Stände von Ritterschaft und*  
*Städten d. d. Dresden den 13. Sept. 1766.* In eodem con-  
 uentu Quatuordecimuiri proposuerunt statuum coetui de ite-  
 rum, et peremtorie quidem, citandis possessoribus eorum chi-  
 rographorum sententiam, quam Summo Electori status ipsi  
 d. IX. Aug. MDCCLXVI. exposuerunt, submissæ rogantes,  
 vt, id fieri, clementissime iuberet. Cui voto Clementissimus  
 Princeps adnuit ita, vt post triduum rescriberet, vbi praeter-  
 iisset spatium possessoribus chirographorum ad ea exhibenda  
 concessum, rationem præpositorum habitum, eiusque rei cau-  
 sa pro negotii conditione, quae amplius fieri possent, manda-  
 tum iri. Ipsi status quoque in publice proposita scriptura:  
*Avertissement sämmtl. Stände von Ritterschaft und Städten*  
*d. d. Dresden den 28. Decbr. 1769.* indicarunt, se, cum de  
 ea re Dicasterium consulendum fuerit, suo tempore, quae in  
 illo negotio porro gesta sint, publice nota facturos fore, quod  
 tamen infecutum non est, cuius causa in eo quaerenda, quod  
 postea sum explicaturus. Ex ipso illo statuum programmate  
 apparet, intra id, quod datum erat, triennium neminem com-  
 paruisse, qui talium chirographorum, qualia in edicto descri-  
 pta erant, villum produxerit. Vero scilicet est simillimum,  
 eorum saltim pleraque ita deperiisse, vt, qui iure hereditario  
 forsitan ea possidere possent, hoc ipsum ius plane ignorarent.

Omnia

Omnium igitur, qui eiusmodi possidebant antiqua chirogrpha, siquidem adhuc extarent, contumacia, postquam Clementissimus Pater patriae causam continuari iusserat, a superiore Aerarii Procuratore accusata fuit, qui simul, ut peremptoriae vocationi locus detur, postulauit. ICti vero, de ea re interrogati, secundum eum non pronuntiarunt. Res enim ipsa et nimis obscura videbatur, et cum iure recepto pugnare, quo prouocatio creditoris ad agendum archis circumscripta est limitibus. Praeterea, eo iam tempore iura iis creditoribus sua adimi non potuisse, ex indole dilatoriae citationis manifestum erat. Sententia scripta est mense Octobri MDCCCLXIX. sed, ex mandato Regiminis Electoralis publice in iudicio XXVI. Mart. MDCCCLXXI. recitata. Idem hoc Summum Collegium deinde, Serenissimo Principe ita statuerente, IV. Dec. MDCCCLXXII. mandauit praefecto Dresdensi, ad quem, vti iam monui, omne hoc negotium, quatenus forense est, delegatum fuit, ut creditores illorum chirographorum antiquorum eorumque dubiorum iterum, praefiducio, sub poena praeculsi, addito, ad profitendum iura sua vocaret, dum ea tamen reddantur plana, quae ad condemnacionem necessario videbantur pertinere. Verum enim vero, cum tota illa res variis premeretur iisque partim magnis difficultibus, multaque essent, quae impedirent, quominus, quae sit horum debitorum conditio, perspicuum fieri potuisset, prout cernebatur ex his, quae XIV viri debitorum aerarii extinguendorum et praefectus Dresdensis sibi frequenter comunicauerant, ipsi status prouinciales, consulentibus ita XIV viris, cum iterum a Serenissimo Principe clementissime essent vocati ad comitia, anno MDCCCLXXV. desisterunt ab ista causa, idque consilium Principi Summo explanatum ab Eo clementer exceptum est, ex quo tempore de ea re nonnulla quidem acta sunt, cum varia quae ad hoc negotium eiusque



explicationem facere posse vibebantur, et a Summo Regimine Electorali, et a Senatu aerario publico praefecto, et a collegio XIV viral ad Principem, ex eius mandatis, vsque ad annum MDCCCLXXXIII. fuerint relata, nouo tamen ad vocandos credidores edito, quantum quidem compertum habeo, locus non est datus. Quid? quod interea temporis nonnulla harum cautionum, exigendarum vslurarum causa, Lipsiae fuerunt exhibitae, quarum itaque dominus vel, si maius, possessor incognitus amplius non est. Quin tamen exacto tempore, quo praescribitur persecutionibus in iudicio, ea debita, quatenus nemo se creditorem profiteatur, vel ipso iure futura sint extincta, dubitandum non est. Nam ratione nouarum sive permutatarum cautionum fuit constitutum, vt iis praescribatur, annis XXXI. cum spatio Saxonico praeterlapsis ab eo tempore, quo solui debebant, scilicet, cum nota numeri iis superscripta in aliqua schedularum electione, quae sexto quoque mense fit, emissa ex machina diem faciat venire.

*Mandat d. d. 12. Nov. 1763. Declaration der Stände d. d. 10. Oct. ei. anni §. 10.*

Multo magis in debito ex istis chirographis, quae nouata sive permutata non sunt, praescriptionis ius erit admittendum, vt pote in quibus neque veteris iuris aliquid immutatum, neque noui constitutum est.

Nunc igitur transeo ad eas cautiones, quae perditae quidem sunt, ita tamen, vt, qui erant domini, vel ipsi, vel saltim eorum heredes existant, iusque suum probe sciant. In hac vero causa multum interest, vtrum dominus, se prorsus amississe instrumentum publicum, dicat, an id tantum corruptum aliquo modo fuerit. Nam, quod attinet ad posterius, plerumque iuris conseruandi ratio non admodum erit difficultis. Ita cum aliquando aliquis limbi sive inscriptionis, (Talon) fato quodam scissae, partem potiorem, in qua et numerus

rus inscriptus et vnius XIV viri subscriptio legi poterat, cum  
 ipsa principali cautione produceret, collegium XIV virale,  
 ipsi nouas exhibere cautiones futurorum vslurarum causa vtri-  
 usque speciei. (Talon et Coupons) non dubitauit. Longe dif-  
 ficilior erit quaestio, cum amissa sit cautio. Evidem, qui  
 eam possidebant, dicere quidem possunt, igne eam esse consum-  
 tam, surto oblatam, et quae sunt eiusmodi alia. Verum ta-  
 men id quoque factum esse potest, vt iusto titulo, emtione, da-  
 tione in solutum et alio huius generis, in aliud translatae fue-  
 rint, quod vel dominus reticuit, vel oblitus est, vel, ipso mor-  
 tuo, heredes nesciunt. Accidit enim statim ab eo tempore,  
 quo permutatio facta, vt permutata chirographa, cum certus  
 creditor in iis non esset nominatus, eodem modo, vt merx,  
 in commercio esse cooperint, vt venderentur, in pignus da-  
 rentur et quae sunt reliqua. Sed neque se res aliter habet,  
 aut, si excipias protimisim aerario publico reseruatam ex  
 mandato d. d. 20. Sept. 1751. olim habuit intuitu antiquo-  
 rum stederalium chirographorum, eorum scilicet, quae ano-  
 nyma sunt, aut olim erant. Iam si nouus possessor chirogra-  
 phum aliquo reposuerit, vt id facile non inueniat, potest uti-  
 que fieri, vt, quamuis bona fide possideat, nullam poscat vslu-  
 rarum vel, si fortuna suo credito fuerit, fortis etiam solutio-  
 nem. Multo maior exinde necessaria fit cautio, quod is, qui  
 chirographum alteri iusto titulo tradidit, dolum forte in ea cau-  
 sa admiserit. Quin etiam potest haec esse domini veri negli-  
 gentia, vt loci oblitus sit, in quo chirographi publici cautionem  
 ipse asseruat. Neque ea res, sive ad dolum sive ad negligen-  
 tiam respicias, exemplis caruit. Rectissime olim Gordianus Imp.  
 Prisco et Marco rescript: *sicut iniquum est, instrumentis vi-  
 ignis consumitis, debitores quantitatum debitaram remuere  
 solutionem: ita non statim casum conquerentibus facile cre-  
 dendum est. l. 5. C. de fide instr.* In chirographo publico au-



tem, quod nullum creditoris nomen in se habet; accedit  
hoc, ut liberoris alienationis causa et in sauorem conimerciorum,  
vbi venerit dies solutionis, debitum illi tantum soluat-  
tur, qui ipsum chirographum reddet, neque de eo cura sit  
villa, ex qua causa id possideat. Iam in mandato dato Sena-  
tui Summo aerario praefecto (Steuer-Instruction) de a. 1749:  
§. 23. iussit Potentissimus Princeps, anonymas cautiones con-  
siderari tanquam rem, quae iure dominii ad producentem  
pertineat, tantummodo, si antea de villa earum, furto eam  
ablatam esse, Collegio significatum fuerit, a producente, ut  
quo titulo eam acquisierit, doceat, postulari, hoc factum  
ipso, qui de furto erat conquestus, dato spatio VI. septimanarum  
ad demonstrandum dominium, notum fieri, et pecuniam  
debitam pro chirographo, si intra id tempus dominium a vindicante  
non fuerit probatum, ei, qui produxerat chirographum,  
sive possessori solui, quamvis huic constitutioni derogatum  
deinde fuerit mandato supra laudato d. d. 20. Sept. 1751. quo  
anonymae cautiones certo respectu, inscripto scilicet, qui tunc  
erat, domini nomine, ita, ut creditor certus factus sit, fue-  
runt immutatae, hodie autem ex consuetudine, cessante pro-  
timiseos iure, quod aerarii extinguendis debitis constituti for-  
ma manifesto respuit, chirographa non permutata, quod ad  
hanc causam eodem modo, atque permutata, considerentur,  
et, quemadmodum videri potest ex schedulis Lipsiensibus,  
quibus cursus sive pretium pecuniae indicatur, quotidie a  
mercatoribus, qui hoc occupantur negotio, pro certo pretio  
et offerantur et postulentur. Cum autem chirographorum  
antiquorum permutationem et Collegium aerario publico  
praefectum per edictum propositum in nundinis Lipsiensibus  
paschalibus MDCCLXIII. et status provinciales in declaratio-  
ne d. d. 10 Oct. ej. anni indicarent publice, et in his scriptis,  
liberrimum permutatorum chirographorum, promissionum

item

item usurarum, concederetur commercium, Ob. Steuer Einm.  
*Avertisse. Leipzig, Ost. M. 1763. §. 7. Declarat. der Stände d.*  
*d. 10 Okt. 1763. §. 10.* necessario inde sequebatur, ut promi-  
teretur, ei, qui, cum dies solutionis venerit, possessurus et  
redditurus sit cautionem principalem, vel promissiones usu-  
rarum, prout sors vel usurae exigi possent, solutum, nec,  
quo titulo edens instrumentum possideat, perquisitum iri bes.  
*Avertisse. §. 7.* Quae cum ita sint, ut dominis, qui chirogra-  
pha publica amiserunt, prospiciatur, forma quoque iudiciali  
opus erat, ex qua periculum creditum amittendi aliquatenus  
saltim auerteretur, quae ipsa iterum in alia re, quam in edicta-  
li citatione, vix quaeri poterat.

Erant autem iam anno MDCCCLXIII. quo consilium de  
permutandis cautionibus captum est, multi, qui quererentur,  
se per bellum septennale igne vel praedatione chirographa no-  
mine aerarii publici data amisisse, qui lucri, quod ex permuta-  
tione haberi poterat, iacturam facere recte metuebant, cum  
reddere antiqua chirographa pro nouis non possent. Igitur ho-  
rum causa, cum omnia, quae ad distinguenda amissa chirogra-  
pha ab aliis faciebant, accurate describere potuissent, eaque,  
quae narrabant, libris publicis ad aerarium pertinentibus pro-  
be responderent, res ita fuit instituta, ut Serenissimi Principis  
iussu praefecto Dresdensi fuerit mandatum, ut edicto vocaret  
omnes, qui sibi ius esse in illa putarent chirographa, quae fin-  
gula in adiecta scriptura erant descripta, ut sub pena eius  
amittendi id in termino constituto docerent. Quo facto,  
secundum hos, qui erant conquesti, cum praeter eos com-  
paruerit nemo, sententia lata est. Quae cum vires rei iu-  
dicatae nostra fuerit, de omni hac re copiae in forma pro-  
bante a praefecto datae, et Quatuordecim viris debitibus publi-  
cis soluendis missae sunt sub finem anni MDCCCLXIV. ut iu-  
nis his dominis perditarum cautionum antiquarum noua e  
classe



classe permutterarum redderentur. Nam cum de his debitis certo constaret, quamquam de veris creditoribus dubitabatur, eorumque, qui sibi ius in ea vindicabant, rogationes Collegio XIV virali fuerint communicatae, eorum causa iam antea permutterandae exscriptae erant cautiones cum reliquis omnibus, sed propter incertum, cui dari possent, apud aerarium depositae. Interea, dum ea res in iudicio ageretur, alii Sunumi Electoris auxilium implorabant, qui chirographa non permutterata, quae possederant, recens perdidérant. His eadem iudicij forma ius suum mense Sept. anni MDCCLXV. per rescriptum Principale conseruatum fuit, hoc tamen obseruato discrimine, ut, qui nomen, ius suum et damnum perpeccum professi erant ante diem peremtorium permutationi destinatum, is autem erat XXXI. Ianuar. anni MDCCLXIV. secundum *Declar. Statuum d. d. 10. Okt. 1763. S. 5.* iis nouae cautiones, landschaftliche Obligationen, his autem, qui finito iam illo peremtorio termino demum, restitui se inter aerarii credidores, postulauerant, siquidem tanquam tales considerari debebant, qui nollent chirographa possessa permutterari, quod, ut superius exposui, vnicuique liberum erat, eamque ob causam in eorum gratiam nullae XIVvirorum cautiones confessae et depositae erant, tantum Attestata, quae eandem vim, atque cautiones non permutteratae, habeant, a Quatuordecimviris datae fuerint. Nouae enim cautiones post illum diem peremtorium confici secundum instituti rationem non poterant propterea, quod, cum ille effluxerat, libri, qui apud aerarium inscribendis debitis conduntur, (vertam verba technica ad verbum) claudi (die Bücher werden geschlossen) debebant, hoc est, quantitas debitorum inscriptorum intra id tempus constitutum, quae orta erat ex restitutis causionibus aerarii antiquis, pro fundamento eius summae ponenda erat, ex qua quibuslibet nundinis Lipsiensibus post festa Paschatis et Michaelis

aelis celebrandis pars quaedam solutioni erat destinanda, quamobrem cum ex forma praefcripta aerarii debita minui quotannis debeant, quantitas in rationibus isto die comprehensa augeri non potuit, idque multo minus, cum schedulae notis numerorum signatae machinis includerentur iisque ab omnibus XIV viris ob-signatis. At enim vero utriusque generis credores ex Serenissimi Principis mandato oportuit, ante, quam acciperent chirographa XIV viralia vel attestata, exhibere confessionem plene liberantem et exsinguentem vetus debitum, *Mortifications-Schein* appellatur, qua deleretur omne ius ex antiqua cautione ortum. Etenim, si, qua pro amissis habebantur, chirographa adhuc existarent, iis oblatis lis erat metuenda, cum solvi aliquid pro iis, adeoque bis eadem summa, non potuisset. Quam ob rem iam §. 21. mandati (Instruction) XIV viris 29. Oct. 1763. a statibus provinc. dati hoc comprehendebatur vt ne novum darent chirographum, si vetus existere negetur, nisi cautione liberata recepta vicissim, quantumvis aliquis ex causa edictali dominus fuerit declaratus. Quae providentia quam necessaria fuerit, eventus docuit, cum aliquando tale instrumentum antiquum nomine aerarii datum XIV viris, usurarum percipientarum causa transmiseretur, loco cuius iam permutatum chirographum in hominum manibus versabatur. Quae res hunc habuit exitum, vt primo quidem antiqua cautio, vtpore ex solenni re iudicata iuste permuta, in aerarium deponeretur, deinde tamen efflagitante eo, qui transmiserat, vt aequitas obseruetur, clementer id permittente Serenissimo Princepe, ipsi hunc in finem, vt ius suum contra eum, a quo accepérat chirographum, actione posset pérsequi, redderetur.

Post illa tempora saepius id accidit, vt permutata chirographa, promissiones item usurarum et earum limbi, quin etiam non permutatae cautiones passim amitterentur. Ab initio quidem nulluna fuit certum et peculiare ius, quod fundamentum praeberet excludendorum aliorum hominum solutionem desiderantium praeter eum, qui se dominum dicebat atque edictalem vocationem postulaverat. Solebant implorare de ea re Illustre Regininis Collegium, idque rem committere praefecto Dresdensi, qui vocabat per edictum omnes, quorum intererat, et sententia, pro rerum, quae circumstabant, indole, ex iure communii peita, res definiebatur, quo facto, qui petierant, scriptam confessionem de futura solutione, data prius cautionis liberante in securitatem



aerarii, a Quatuordecimviris accipiebant. Quod si hi, qui amiserant instrumenta, vel ipsi vel per magistratus suos de ea re rogatos, solutionem apud XIV viros prohibere vellent, repulsam tulerunt, non solum, quod XIV viri judiciali non funguntur munere, et nulla in possessores cautionum gaudent iurisdictione, sed etiam praecipue eam ob causam, ne commercii in his chirographis usus, qui ex scriptis publicis supra laudatis liberrimus esse debebat, turbaretur. Hos igitur, qui sibi posuerunt, quam producenti cautionem, solui inhibendo optabant, remiserunt ad forum competens, nempe Regimen, quod Dresdae floret, Eleborale, commune omnibus civibus Saxonie, debitum vero, cum dies venerat, cuicunque, qui cautionem reddebat, solvabant. Verumtamen, si quid dubii esset, rogabatur ante solutionem is, qui eam petebat, quis sit, idque nomen annotabatur, et ei, qui questus erat iacturam, indicabatur, quae formula ipso decreto Principali statibus provincialibus anno 1766. d. 12. Aug. dato fuit approbata. Praeterea id observatum fuit, ut, si damnum passi adierant statim iudicem edicti imperandi gratia, prius rogationibus locus non fuerit datus, nisi intercessissent mutuas praefecti Dresdenensis et XIV virorum litterae, vt, num quid obstatet precibus, praefectus haberet cognitionem. Idque ut in hac causa semper fit litterarum commercium, Serenissimus Elector d. 24 Febr. anni 1769. rescriptis.

Accidit autem anno 1764. vt cuidem Z. permutata quedam cautio furto auferretur, isque, cum compertum haberet, eam possidere senatum cuiusdam urbis, anno 1770. eandem ab hoc senatu, actione instituta, vindicaret. In qua causa, quae in utramque partem proposta fuerint, explanare, huius loci non est. Ea tamen, quamvis Z. postea liti renunciaverit, cum id negotium ob singulares, quas circumstabant, res ad Principem Serenissimum relatum fuerit, cognita de hac causa sententia et Summorum Collegiorum et Quatuordecimvirorum, occasionem praebuit Mandato d. d. 26. Januar. 1775 die Vindication dieblich entwendeter oder verunrechter landschaftlicher Obligationen u. s. w. betreffend, quo omne ius cautionum publicarum vindicandarum tollitur et abrogatur. Cum autem praeter fortum aliis multis modis perdita eiusmodi instrumenta esse poterant, statusque provinciales huius rei causa in comitiis anno MDCCCLXXV. habitis nonnulla de ea certe definienda proposuissent, inscicatum est Rescriptum Eleborale d. 25. Jul. 1777. ad

Judicia

Judicia suprema, item ad XIV viros, et d. 25. Aug. ei. anni ad Dicasteria Saxonica transmissum, quo ea quoque, quae circa hanc causam dubia esse potuerunt, determinata sunt. Exinde ratione amissarum cautionum publicarum forma iudicij certa fieri coepit. Et secundum has quidem leges probe distinguendum est, utrum, qui detrimentum passus est, instrumenta plane dicat esse deleta, vt amplius non existant, nec ne dicat. Pro indeole huius distinctionis alter atque alter negotium est institutum, de quo propediem, cum iterum scribendi opportunitas sit, plura acturus sum.

Nunc enim commendandus est

### VIR

NOBILISSIMVS ET DOCTISSIMVS

HENRICVS CHRISTOPHORVS KIRSCH

DRESDENSIS

JUR. UTR. CAND.

qui; quae vitae fuerit hucusque ratio, his ipse exposuit:

*Ego, HENRICVS CHRISTOPHORVS KIRSCH, Dresdae anno huius saeculi sexagesimo octavo natus sum, ex parentibus, IOHANNE CHRISTOPHORO KIRSCH, qui nunc in Senatu, qui rebus fiscalibus in Saxonia praefest, consiliarii adfistentis munere fungitur, et ANNA CHRISTIANA FRIDERICA, quae e genere THILEMANNIA originem daxi. Qui optimi parentes ab ineunte aetate mea priuatis doctribus me erudiendam mandarunt, e quibus DIETERICVS, quem mors prematur rebus humanis eripuit, per decem fere annos, quorum memoriam nulla obliuio ex animo meo delabit, studia mea rexit: postea institutione CONTII, qui ecclesiae Dollaenchensi praefest, et BERGERI, qui iam in collegio, quod circa vcligalia publica occupatur, ab epistolis est, per quinque fere annos usus sum, LIPSIVS tandem in iis litteris tradendis, quae inueni in academiam abeunti sunt addiscenda, maxime de me meritus est. Anno huius seculi octogesimo septimo fasces huius academie Magn. KLVEGELIO renente in hanc musarum sedem receptorum sum. Frequentani primum scholas philosophicas S. Ven. REINHARDI, b. HILLERI, et Excell. SCHVIZII, historiam Magn. SCHROECKHIVS mihi enarrauit. Ius publicum et germanicum ex ore Ill. WIESANDI percepit, processum iudiciarium tradidit*

runt



runt V. V. Illustres KLVGEGLIVS, WERNSDORFIVS et SCHLOCKWERDERSV, qui pos-  
tremus etiam in regulis Iurisprudentiae ad negotia forensia adipicandis ducem  
se mihi praebuit. Interfui praeterea praelectionibus in ius Feudale et Canonici-  
cum ab Excell. WILSCHIO, nec non scholis disputatoriis ab Ill. WIESANDIO,  
KLVGEGLIO, TRILLERO ac KOHLSCHVETTERO habitis, Artem relatoriam Ill. KLV-  
GEGLIVS mecum communicauit, KOHLSCHVETTERVS tandem in scholis examinatoriis  
mecum institutis maximam mihi praebuit utilitatem. Anno nonagesimo huius  
saeculi disputationem:

De limitibus, quibus facultas domicilii mutandi circumscribitur,  
Praefide illust. WIESANDIO publice defendi. Anni spatio praerelapsi examina-  
pro praxi et candidatura, nec non in sequenti anno istud, quod rigorosum voca-  
tur, Jubii; per annum et quod excedit, accedere mihi licuit ad iudicia, quae in  
praefectura circulari exercentur, quod ipsum in causa fuit, ut ab Amplissimo  
DIETERICO, praefecto, haud paucia officia in me conferrentur, quae silentio  
praeterire nefas esset. Iam vero in eo versor, ut summos in utroque iure hono-  
res mihi expertam, veniaque ab illustri ICTORUM ordine imperata dissertatio-  
nem, cui

Pro testamentis  
inscribitur, defendere intinui, quod, ut feliciter mihi cedat, ex animo opio,

Hanc igitur testamentorum defensionem, ut finem propositum consequatur, proximo die XXVI. Septembr. et quidem, venia a  
Serenissimo Principe Electore data, sine alicuius praesidis auxilio, in  
se suscepturnus est, neque dubitandum, quin hoc negotium e voto ipsi  
sit successurum. Etenim in iuris scientia eam sibi, pro egregia animi  
indole, comparauit doctrinae copiam, vt in examinibus quoque con-  
suetis dignissimus haberetur, qui aliquando ad summos in utroque iure  
honores posset admitti. Quamobrem eo magis, vt RECTOR ACA-  
DEMIAE MAGNIFICUS, ILLUSTRISSIMI COMITES, PATRES ACA-  
DEMIAE CONSCRIPTI, OMNES DIVINAE HUMANAEQUE SAPIENTIAE  
DOCTORES, GENEROSISSIMI item ac NOBILISSIMI COMMILITONES  
huius panegyri frequenter interesse velint, cum Ordinis mei, tum meo  
nomine, ea, qua par est, obseruantia rogo. P. P. Domin. XVII. post  
festum S. S. Trinitatis A. O. R. MDCCLXXXIII.

Wittenberg, Diss., 1792/93

vol 18





8																			
7																			
6																			
5																			
4																			
3																			
2																			
1																			
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

### Farbkarte #13



IS IVRIDICI  
IN  
VITTEMBERGENSI  
H. T.  
CANVS  
VS CHRISTIANVS  
VGEL

SSOR, ET IN SENATV CIVITATIS  
NB. SYNDICVS

B. S.

ineft  
*nissarum cautionum publicarum  
i eadrumque anonymarum  
flatio I.*